

Non confundetur. qui premunitus habetur .
 Nescit prodesse. qui nescit prouidus esse .
 prouidus est plenus . improuidus extat egenus

De largitate.

Sis largus et parcus. non vastator nec auar⁹
 stat medio virtus. extrema tenet loca virus
 Prodigus es dando nimium. cupidus retinendo.
 Largus dans danda. parcus retinens retinenda.
 Prodigus in vanis consumit: et cur fit inanis.
 Quia sua consumit. eget. vndiq; summit.
 Prodigus est prauus. sed peior fertur auarus.
 Nam semper obest alijs. nunqm sibi prodest.
 Quilibet excessus malus est. cu. sit bene presus.
 Tu medium retine. modus est seruandus ubiq;
 Serua mensuram semper multum valituram.
 Da cito. gaudenter. gratis. iuste. sapienter.
 Nam dona decorant hec et meritum meliorant.

Qualis debet esse doctor siue preceptor

Ut valeas esse doctor bonus. ista necesse
 sunt tibi precipue. que debes corde tenere.

.ff. iij.